



Universitätsbibliothek Paderborn

Praxis Episcopalis

In Qva Episcoporum Non Tantvm, Eorumqve Vicariorum munus; sed
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum
ac dubiorum indies occurrentium Resolvtiones ... quàm brevissimè
continentur

Zerola, Tommaso

Coloniae Agrippinae, 1680

Reconventio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10447

trahitur homo etiam amore, & provocatorio sive excitatorio aliquo, ut inquit D. Aug. *tratt. in ca. 6. in lo. ita tenet Nav. conf. 1. de raptor. & à simili in Manual. cap. 16. num. 17. & Foller. in pract. crim. prima parte, tertie par. nu. 16* similiter si interveniunt blanda verba, oblectamenta, & promissiones doloſæ, & punitur poena mortis.

Secundò, pro intelligentia dicti loci Sac. Concilii dicitur: raptorem illum esse, qui metu, minis, & violentia rapit mulierem aliquam ipsa invita: secundò qui rapit eam, sed ea consentiente, si cum contradictione patris, D. Th. 2. 2. qu. 154. art. 7. 3. qui promissionibus falli, verbis blandis, munusculis; quarto, non autem ille, ad quem sua spontè aliqua vadit, etiamsi vir eam defloret voluntariè, Nav. *conf. 1. nu. 1. de raptor. conf. 2. & 3. num. 1. & in Manual. loc. cit.* & sic in primo, secundo, & tertio casu incidunt poenæ, vide Afflict. *in constit. si quis rapere, in ver. sed quæro, n. 4. de raptientibus meretrices, vide in const. omnes nostri, vide Dynum in regula scienti, ac consentienti, num. 4. & ibi addit. Boërii, litera B. vide Azon. in Sum. lib. 9. eod. rub. 13. num. 1.*

RECONVENTIO.

Primò, reconveniri an possit clericus coram iudice laico? Respondetur, quòd non, Cap. Tolos. *quest. 95. Inn. in cap. solite, de major. & obe. tamen Fel. in ca. 2. de for. compet. & in ca. & si clerici, col. 6. ver. gl. in verbo, dicit quòd sic, nisi laicus hoc fecerit in fraudem, ut*

quia fecit se convenire, & hoc etiam tenet Maran. 4. par. *dist. 6. num. 53. quod tamen fallit in tribus casibus, prout ibi, & reconventio non potest fieri coram iudice appellationis, Cap. Tolos. quest. 93. & Innoc. ab eo citatus in cap. 1. de num. pecun.*

Secundò, in reconventionem, quando procedi debet simultaneo processu, vide & distingue cum gl. *in cap. dispendia, in ver. vel reconventionis, de rescrip. lib. 6. & gl. in Clem. sapè §. verum, in ver. exordio, de verb. sig. Maran. loc. cit. num. 5. & ibi Foller. num. 6.*

RECUSATIO.

Primò, quot modis possit iudex delegatus recusari, vide Host. *in Sum. tit. de recusat. Iud. deleg. §. qua. num. 3. ubi numerat tredecim causas, & Maran. 6. par. tit. de appella. à num. 24. & infra, ibi enumerat quadraginta.*

Secundò, quando potest fieri recusatio? Respondetur infra viginti dies, vel ante litis contestationem, vel semper nova superveniente causa, & ista debet esse prima exceptio, Host. *ubi supra. §. quando, Maran. ibidem, num. 74. capitulo pia, de excess. lib. 6.*

Tertiò, recusatio, & suspicio potest opponi etiam post conclusum in causa, ante calculum sententiæ, cum in illo consistat tota vis totius causæ, Gem. *in ca. Iudex, ver. sed an semper, de offi. deleg. lib. 6. licet distinguat, quod videas.*

Quartò, causa recusationis, & suspensionis, potest esse etiam, si iudex procuravit sibi causam committi, Gl. *in ca. si com.*